Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 111

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

De VII sigillis

urn:nbn:de:bsz:31-18963

Visual Library

Ideo unusquisque faciat quod potest ualet. & excepto uictu rationabile & uestitu. quid
quid superfuerit laetus & hilaris pauperi tribuat. quare laetus. quia paruum dat &
accepit multum. porrigit nummum & comparat regnum. Tribuat paruam pecuni
am. & accipiet uitam aeternam. Dat temporalia & mercatur aeterna. porrigit cadu
ca. & recipit sine fine mansura. Et si tibi dixerit homo fidelis da mihi u
num ex eum nummum & reddo tibi solidos centum aureos. numquid cum gau
dio dabis unum & accipies centum. quanto magis quia tibi dicit dominus qui paupe
peri tribuit deo fenerat. Da ergo deo in terra ut accipies multa aeterna. ut
cum ueneris in conspectu angelorum. ante tribunal aeterni iudicis secura
& libera conscientia dicere possis. da domine quia dedi. fac misericordiam
quia feci. ego impleui quod iussisti. & tu redde quod promisisti. & ibi au
dire merearis. Uenite benedicti patris mei possidete regnum. quod uo
bis paratum est. ab origine mundi. Prestante domino nostro qui uiuit & regnat
in secula seculorum. Amen.

INCIPIT DE VII SIGILLIS

Legimus in apocalypsin septem sigillis librum esse signatum
quem nullus potuit aperire. nec soluere signacula eius. Nullus in celo neque an
geli. Nemo in terra neque homo. nemo subtus terra neque spiritus nisi leo de tribu iuda
radix dauid. id est xps. Primus sigillus est natiuitas domini. Secundus baptismum.
Tercius crucificatio. quartus sepultura. quintus post sepulturam resurrectio. Sextus
ascensio. Septimus iudicium. & hoc sunt septem dona spiritus sancti. I. spiritus sapientie fuit
ut xps de uirgine nasceretur. sine uirili semine. II. spiritus intellectus fuit
ut per tres undas baptismatis dimittere omnium peccata. III. spiritus consilii
ut caifas dixit melius est ut unus homo pereat quam tota gens. IIII. spiritus fortitu
dinis quando corpus in sepulchro fuit. & xps alligauit diabulum. & illas
animas que ibidem tenebantur reduxit ab inferis. ut dicitur momordit infernum.
V. spiritus scientie quando xps resurrexit a mortuis & nos fecit credere & resurgere.
VI. spiritus pietatis quando xps ascendit celos. & ascendunt ad eum anime iustorum.
VII. spiritus timoris domini. quando uenturus erit xps ad iudicandum grandis timor
ibidem erit peccatoribus. Ista VII dona spiritus sancti VII patriarche habuerunt.
— Spiritus sapientie fuit in adam. qui imposuit nomina omni creature. que sub celo est.
— Spiritus intellectus in noe qui meruit audire a domino facere archam de lignis quadratis.
— Sps consilii fuit in abraham. qr deus fuit ei in [illegible] exiret in q fuit.
qr uenit in terra chanaan. — Sps fortitudinis fuit in ysaac. qr erat cha
naan manu (i. deo) forti inhabitabat. — Sps scientie in iacob. unde
Iacob luctanti dno alba scietia uti. conflixit cum. q dm uit. uiso.